DE CONCILIATIONE LEGVM DIGESTORVM, ET CODICIS,

LIBRI DVO.

FRANC. GRATIANO DE GARZATORIB.
I. C. VINCENTINO, AVCTORE.

ACCESSIT EIVSDEM DE VVLGARI, & fideicommiſſaria ſubſtitutione, Tractatio ſuccincta.

ITEM ACCESSIT APPENDIX EIVSDEM, in qua declarantur nonnulla ſcitu digna, quę in Iudicijs frequentantur.

CVM PRIVILEGIO.

DVM TEMPVS HABEMVS, OPEREMVR BONVM.

VENETIIS,
Apud Franc. Bernardinus de Oſana.
M. D. LXXIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA
Bibl.a
4
COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

MAGNIFICENTISS. ET IVRISCONSVLTISS. MICHAELI PRIOLO, PATRITIO VENETO, DOMINO SVO

Franciſcus Gratianus I. C. Vincentinus S. D.

QVoniam Doctores noſtri aſſirmarunt multas leges fforum à legibus Codicis fuiſſe correctas; hinc eſt, quòd præclara illa grauiſſimaq; legum auctoritas non modicùm collapſa eſt. Quod cùm ego animaduerterem, mihiq; conſcius eſſem, quòd omne regnū in ſe diuiſum deſolabitur, conatus ſum pro mea uirili parte hūc errorem de medio tollere, validiſſimis, ut mihi videtur, argumētis oſtendens, Codicis fforumq; legibus ſummam & pulcherrimam ineſſe cōſonantiam. Quam obrem ego duobus libris omnia, quæcunq; ad

DE VVLGARI, ET FIDEICOMMISSARIA SVBSTITVTIONE, ET QVANDO SIT RECIPROCA,

SVCCINCTA TRACTATIO

EXCELL. D. FRANCISCI Gratiani, ſiue de GarZatoribus Vincentini.

1 MAteria iſta eſt intricatiſſima multis de cauſis, ſed præcipuè quia tractatur auctoritate doctorum, tam in lecturis, quàm in conſilijs: & quicunq; vtetur diligentia, inueniet tantas contrarietates, vt quaſi impoſsibile ſit hanc materiam decidere ex dictis doctorum: maxime illis, qui volunt defendere voluntates teſtantium.

Sed qui contrariam opinionem tenent; dicunt teſtatorem feciſſe vulgarem ſubſtitutionem, non autem fideicommiſſariam: & hanc materiam tractant ſumpta occaſione à gl. in §. Quidam rectè. l. Gallus. ff. de lib. & poſthu. dum quærit; quid ſi ſit filius, & ne-

SVMMA SIVE ELENCHVS EORVM, QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

In libro primo hæc habentur.

1 Eges Iuſtiniani Imperatoris, inſertas in libris Codicis non corrigere leges Digeſtorum: probando eas, quæ habent diem, & Conſules, antea habuiſſe uim legis, quàm Digeſtorũ libri compilarentur.

2 Oſtenditur idem eſſe ex legibus, quæ carent die, & Conſulibus, concludenti ratione; nam omnes leges, quæ non habent diem, & conſules, declarantur per totũ librũ, ac oſtẽditur ferè omnia inueniri in Digeſtis, & *ſunt. ll. 97. & hac de cauſa* multæ leges Codicis, & Digeſtorum declarantur.

3 Quinquaginta deciſiones Iuſtiniani non corrigere Digeſtorum *ius, ut aſſerunt* multi doctores; imò probatur ex illis ceſſare correctionem.

4 Extare ſolùm quatuor leges compoſitas poſt emendatione Codicis; & non eſſe mirum l. *meminimus.* de legit. hæred. corrigere locum Inſtitutionum.

5 Legem fi. C. ubi cauſ. ſta. non corrigere. l. ij. §. qui ex libertinitate. ff. ſi libert. ſe ingenu. dix quamuis nõ habeat Conſules. & doctores pro certo affirment.

6 Circa legem, Eos, qui. C. de vſur. declaratur, quæ ſit vſura, pro qua tutor tenetur pro pupillari pecunia.

7 Quãuis gloſ. in. l. fi. C. de bon. quæ libe. velit, ipſam l. corrigere. l. inter liberos, & l. filium. ff. de adulte. attamen non eſſe uerum.

8 Glo.

APPENDIX
EXCELL. DOM.
FRANCISCI GRATIANI,
VINCENTINI,
IN QVA DECLARANTVR NONnulla ſcitu digna, quæ in iudicijs frequentantur.

De §. ex imperfecto. l. hac conſultiſſima. C. de teſtam. vnà cum Nou. Conſt. CVII. de extremis uoluntatibus, ſeu de perfectis teſtamentis.

CONCLVDVNT Doct. in §. ex imperfecto. l. hac conſultiſſima. C. de teſt. teſtamentũ imperfectum patris inter liberos, dummodo probetur duob. teſtibus, eſſe validum & cum effectu, ſiue tractemus de primo teſtamento, ſiue de ſecundo reuocante primum perfectum. Quantum ad primum teſtamentum, intelligunt d. §. ex imperfecto de imperfectione etiam circa numerum teſtium: nam dicunt, quòd ſufficiunt duo teſtes propter glo. in l. fin. C. fam. herciſ. quæ ita tenet per. l. Diuus. ff. de milit. teſtam. Sed ibi non dicitur, quòd ſufficiunt duo teſtes, ſed de legitima probatione. Mouentur etiam, vt refert Iaſ. in auct. hoc inter liberos. C. de teſtamen. nu. 6. quia ſufficiat probatio iuris gentium. Sed hoc non poteſt eſſe verum, quia teſtamentum eſt de iure ciuili, nõ ſolùm quemadmodum nunc vtimur,

ſed